

Teil A: Übersetzung

Ein Plädoyer für den Unterricht im Klassenverband

Nach Meinung von Kritikern sprechen vor allem der schlechte Einfluss der anderen Jugendlichen und die fehlende Zeit des Lehrers für den einzelnen Schüler gegen den Unterricht im Klassenverband. Quintilian weist dies entschieden zurück und legt die Vorteile des gemeinsamen Unterrichts für die Ausbildung eines künftigen Redners dar.

Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate et in media rei publicae luce vivendum est, adsuescat iam a tenero¹ non reformidare homines! Excitanda mens et tollenda semper est, quae in secretis aut languescit aut contra tumescit inani persuasione²:

- 5 Necesse est enim, ut is nimium tribuat sibi, qui se nemini comparat. Omitto amicitias, quae usque ad senectutem firmissime durant religiosa quadam necessitudine imbutae³. Ubi puer discet sensum communem, cum se a congressu, qui non hominibus solum, sed quoque animalibus naturalis est, segregaverit? Adde, quod puer domi ea sola discere potest, quae ipsi
10 praecipientur, in schola etiam, quae aliis praecipientur! Audiet multa cottidie probari, multa corrigi. Desidia aliorum discipulorum obiurgata puero proderit, proderit industria laudata. Aemulatio laude excitabitur: Turpe ducet discipulus cedere pari⁴, pulchrum ducet superavisse maiores. Accendunt omnia haec animos; licet ipsa ambitio vitium sit, frequenter tamen causa virtutum est. Utile
15 igitur est habere nonnullos, quos imitari primum, mox vincere velis: Ita paulatim etiam superiorum spes⁵ erit.

- Praeterea adicio praeceptores ipsos non tali spiritu in dicendo esse posse singulis tantum discipulis praesentibus quali multis praesentibus. Est quaedam dedignatio⁶ verba ad unum auditorem demittere; non esset in rebus humanis
20 eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur.

194 lat. Wörter

Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!

¹ a tenero:

² persuasio, -onis:

³ religiosa quadam necessitudine imbutus:

⁴ par, paris:

⁵ superiorum spes:

⁶ dedignatio, -onis:

vom zarten Jugendalter an

(hier) die Selbstüberschätzung

gewissermaßen durch ein heiliges Band verknüpft

(hier) ein Gleichaltriger

die Hoffnung auf höhere Ziele

die Abneigung

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Über dem Eingang eines Gebäudes in Sibiu (Rumänien) empfängt die Eintretenden folgende Inschrift:

ERVDITIONI. VIRTVTI. AC. EXEMPLIS. SACRA



- a) Erschließen Sie anhand der Inschrift, um welche Art von Gebäude es sich handeln könnte, und begründen Sie Ihre Entscheidung! **3 BE**
- b) Erschließen Sie das Baujahr des Gebäudes. **1 BE**

2. Der römische Dichter Martial wendet sich am letzten Tag vor den Sommerferien an einen Lehrer. Ergänzen Sie den lateinischen Text, indem Sie für die Leerstellen bei **a** und **b** die passenden Begriffe aus dem Wortspeicher auswählen! **2 BE**

„Ludi magister, parce ----**a**---- turbae! „Schulmeister, schone deine ----- Klasse!
Aestate pueri si valent, ----**b**---- discunt.“ Wenn die Knaben im Sommer gesund sind, lernen
sie ----- .“

audi – dormiant – satis – simplici – stulto – tristibus

3. Paraphrasieren Sie den Inhalt der folgenden lateinischen Pressemeldung! **5 BE**

Plus disciplinae linguae Latinae in Britannia

In Britannia decernitur, ut lingua Latina disciplina scholastica magis quam antea in scholis publicis doceatur. A rerum publicarum curatoribus fere V•M•M Euronum praestantur, ut milia discipulorum, praesertim qui in regionibus divitiis egentibus vivant, hanc linguam antiquam doceri possint. „Famam scimus linguam Latinam disciplinam electam esse, quae electae hominum manui solum pateat“, Gavinus Williamson administer eruditionis dixit. „Sed ex illa disciplina iuvenes tantos fructus capere possunt, ergo istam distantiam tollere cupio.“

Anm.: V•M•M Euronum – 5 Millionen Euro

4. Entwerfen Sie zwei lateinische Slogans für die Website Ihres Gymnasiums, die Interesse für das Fach Latein wecken sollen. Die vorangehenden Texte können Ihnen Anregungen geben. **4 BE**

Bene eveniat!